

Mythologia, Venise, 1567 - X [47] : De Mercurio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[47\] : De Mercurio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

[Mythologia, Venise, 1567 - V, 05 : De Mercurio](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[47\] : De Mercure](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[47\] : De Mercure](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [47] : De Mercurio, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/995>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination296r°-296v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Mercure](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

de genitalibus cœli partibus & ex mari natam fuisse fabulati sunt. Sunt enim genitales partes cœli caloris mediocritas per motum, qui confert animalium generationi.

De Cupidine.

INDE Cupido Veneris filius fuisse dicitur, quoniam ex aere ita affecto corpora & ipsa animalium bene affecta in procreandi cupiditatem sensim illabuntur. Nam tum vigere singula animalia putanda sunt, cum existunt nature negotia habilia; sic igitur antiqui ex optima valetudine & ex aeris temperie nasci animalium fertilitatem tradiderunt per fabulas. At vero quia multa turpia propter libidinem a nonnullis committuntur, ad exprimendam indignitatem eorum, qui nimis ad libidinem sunt propensi, Cupidini tantum deformitatis, quantum explicatum fuit, tribuerunt.

De Gratijs.

SVNT autem argumento illis quæ dicta fuerunt superius, Gratiarum vires & nomina, quæ nihil aliud significabant quam fertilitatem agrorum, frugumque abundantiam, quæ pacis beneficio late proveniunt. Hæc hæc ipsa de causa Veneris affectas esse dixerunt, & Solis Aeglesque filias, cum nihil sine solis elementa fecundum fieri possit.

De Horis.

PRAETEREA quia nihil satis commode videbatur fieri posse solo nature ductu, vel si optimam cœli temperiem consequatur, nisi humana adiuveretur industria, introduxerunt horas antiqui, quæ singulorum diligentiam spectarent, diligentioribusque hominibus fauerent. Nam humanam industriam nunquam deserit diuina clementia, quare hæc nubes pro arbitrio inducere, & cœlum serenum facere, & temporibus moderari creditæ sunt. Per easdem Horas rursus improbitatis hominum sterilitatem agrorum, & omnes diuinitus immittas calamitates esse comites innuebant.

De Mercurio.

ATQVE ut intelligeretur à diuina natura res humanas non esse penitus seiunctas, Mercurium tanquam vinculum quoddam intercedere censuerunt, qui Deorum consilia ad homines, hominum ad Deos ipsos asportaret. Id autem fingebatur ab iis, qui quo pacto res humanæ diuinitus gubernarentur, percipere non poterant. Nam Mercurius vis est illa diuina, quæ in mentis hominum diuinitus infunditur, quæque res humanas mirifice in suo ordine componit & conseruat. Tum rursus, ubi somnia in mentes hominum diuinitus infundi putabantur, aut ubi animæ in corpora nascentium deduci, aut post mortem ad inferos, vis illa diuina Mercurius dicebatur. Illo autem nomine vis diuina vocata fuit, quia primus Mercurius vir sapientissimus mundum à Deo creatum fuisse dixerit, & non posse sine diuina prouidentia gubernari, omnemque Deorum cultum inter mortales instituerit, i. e. que vllū
ūcti

Mythologia I

Esse posse crediderit sine Deorū nutu ortū & interitū . Nam cū hæc prior ho-
mines docuisset , quasi res consiliaque diuina ad nos detulisset , Deorū nun-
tius creditus est . Quæ pertinent ad vim orationis exprimendam huic Deo
dicatæ prætermitto , cum natura ipsius planetæ , suo loco legendam .

De Panæ .

CVM vellent rursus demonstrare antiqui omnia naturalia corpora di-
uinæ naturæ subici , & ab illa pro sua voluntate gubernari , Panæ Mercurii fi-
lium tradiderunt esse . Est autem Pan hæc vniuersa corporum naturalium
moles , velut ipsum nomen significat : in qua diuina humanis coniunguntur ,
quod exprimebant per superiorem formam Panos quæ pulcherrima erat , &
Diis simillima ; cum inferior magnopere esset deformis ob in inferiorū cor-
porum naturalium sordes , quæ sunt tanquā hypostasis naturæ . Reliqua quæ
pertinent ad explicandam corporis formam , suo loco legenda relinquimus ,
vbi latè declarata sunt .

De Sileniæ .

ENIMVERO non solum rebus humanis præesse Deos statuerunt fa-
bularum inuentores , & sub hisce occultandæ philosophiæ artifices ; sed etiã
alios ex Diis potentia & autoritate aliis præstare crediderūt , ita vt vnus lu-
piter rebus omnibus ac dæmonibus præset , alii dæmones imperia in certa
vel loca vel negotia obtinerent , qui & ipsi alios inferiores dæmonas habe-
rent ministros . Sic igitur Sileni Bacchum , vt ministri , sequebantur ; qui cum
Bacchus esset sol creditus , Sileni vires solis erant animalibus peritiles .

Ethicè .

Ebrietatis turpitudinem præterea ante oculos proponentes , Silenum vim
vini & ebrii hominis formam , expresserunt . Illum igitur ventricosum , &
senem , & vsque titubantem sinxerunt , quod hæc omnia vinū & ebrietas effi-
ciat . Nam qui plus voluptatibus , quàm natura postulet , tribuerit , is & in
præsentī & in posterum corpus & animū omnibus rebus vel vtilibus vel ho-
nificis inutilem reddit : quare propositis his incommodis maiores per hæc
figmenta ab immoderato vini vsu , & ab omni è vino nascente turpitudine
deterrebant .

De Faunis .

VT vero retinerentur homines in officio , omnesque forent probitatis &
integritatis studiosi , & Faunos , & Sylvanum , & Oreades Nymphas antiqui
sapientes excogitarunt , qui vbiq; pastoribus & agricolis præsto essent , agre-
stiumque calamitates aliquantulum subleuarent : nam cum nihil in agris ,
vel in syluis , vel in densis montium neque oribus non præsentē vbiq; Deo cō-
mitti liceret , mox additum fuit illi opinioni viros bonos laborantes nullo
in loco à diuina clementia negligi , sed vbiq; subleuari . Quippe cum neq;
arborum neque pecudum foetus possent sine diuina custodia conseruari aut
augeri .